



CAROLOMANNUS filius fuit Ludouici regis Ger-
 manie, nepos Ludouici p̄ij, & pronepos Ca-
 roli magni. Erat hic egregiæ indolis adolescens. I-
 taq̄ pater eum ad partem Orientalem contra Mo-
 rauos & Bulgaros adhuc uiuens præsidere iussit.
 Cum autem ipse moreretur, fratres tres ad Saluel-
 das conueniunt, ac Imperium paternum (ut pater
 statuerat) inter se partiuntur. Carolus minimus na-
 tu Rhetiam, Sueuiam, Alsatiam, superiorem Lo-
 tharingiam, atq̄ eam Germaniam, quæ in Gallia
 Celtica sita erat, accepit. Ludouicus uerò inferio-
 rem Lotharingiam, Belgas, Mediomatrices, Tre-
 uiros, Aquasgraneas, Vbios, Moguntinos, Fran-
 cos, Bathauos, Frisios, Saxones, et Turogos retinuit. Carolomannus uerò, qui
 natu erat maximus, regnum Boiorum, Sclauorum, Bohemorum, Morauo-